

Dominica secunda Quadragesimæ. 177

ad hanc requiritur, inquit, diuinorum obseruancia præceptorum, propriæ mentis recollectio, propriæ fragilitatis consideratio, attributorum Dei meditatio, iniuriarum remissio, elemosina, ieiunium. IV. Quæ orationis efficacia? Deo satisfacit, animæ sanctæ est præsidium, & ex multis commendabilis est, ut falsus probat. *Ex serm. de temp. a fol. 122. pag. 2. ad fol. 123. pag. 2.*

Eiusdem, 2. sermo, quo continuat inquirere. I. Quæ sint impedimeta orationis? 1. inquit est peccatum orantis: 2. fidei nutatio seu dubietas: 3. indiscreta petitio: 4. mentis distractio: 5. duritia cordis: 6. diaboli tentatio: 7. deprecantis impatientia: 8. tempor affectionis: 9. defectus perseverantiæ in orando. II. B Quando orandum? respondet orandum 1. tempore missæ & diuini officij: 2. tentationis tempore: 3. prosperitatis: 4. noctis tempore. III. Quis debeat esse orationis locus? dicit locum orationis præcipue debere esse Ecclesiam; deinde omnem locum solitarium & quietum. *In serm. de temp. a fol. 123. pag. 2. ad fol. 124. pag. 2.*

I. GERSONII sermo in Euangel. hac die habitus contra superbiam. Pœnitentiam monti assimilât, & ad Virginem Mariam montem mysticum recurrit. Deinde ignis diluuium, vitiorum scilicet, Christianitatem, Franciam, & ciuitates, spiritales humanæ creaturæ vastantis & comburentis representat, & montem ostendit sicut Angelus Loth, ad quem confugere conuenit, ne flamma ignis animas nostras deuoret: Hic autem mons, pœnitentia, dicitur quæ tres habet stationes, infimam, mediam & sublimem: in infima est pœnitentia incipientium in media proficientium, in sublimi perfectorum, quæ dici potest mons contemperationis, in quem hodie ducti sunt electi Apostoli. Exinde Transfigurationem litteraliter & mysticè exponit, & ad infimam montis pœnitentiæ stationem explicandam, descendit, ad quam necesse est Iesum nos ducere & dirigere: in hac parte montis tria apparent tabernacula, gratia contritionis, cognitio confes-

sionis, & potentia satisfactionis, quæ applicantur tribus Apostolis. Superbiæ verò murmurationibus & obiectionibus contra pœnitentiam occurrit, & silentium imponit. *Tom. 2. part. 4. a col. 410. ad col. 417.*

* GVILLELMI PARIENSIS sermo in hac Epist. 1. ad Thessal. 4. verba *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra*, &c: Ex quibus nos monet I. Deum vel le nos mundari ad sanctificationem; ad hanc autem mundiciam quatuor suggerit, sc. ablutioem sui cum aqua lachrymarum; cui admiscendus est cinis; memoria sc. propriæ mortis temporalis vel æternæ, vitæ asperitatem tam in victu, quam in vestitu; limam correctionis; flammam tribulationis: Abluitur anima baptismo fluminis, fluminis sanguinis, vngitur myrrha primâ & electâ, cinamomo, calamo, cassia. II. Deum à tribus vitiis velle nos purgari, peccato carnis, superbiæ, cupiditatis seu auaritiæ. *a pag. 62. ad pag. 64.*

Eiusdem sermo 1. in Euang. cuius litteralem sensum inuestigat, præcipue tamen Chananæ affectum ostendit quo malum filia dicit esse suum, morbum medico detegit & morbi qualitatem & magnitudinem; eiusdem humilitatem, qua se catellis comparat. *a pag. 315. ad pag. 316.*

Eiusdem sermo secundus; in quo hæc docentur. I. Licet peccator exterius delicias habeat, tamen interius habet vexationem & miseriam. II. Dæmoniâci bene sciunt laqueum absconditum querere quo se strangulent, non medicum vel remedium salutis. III. Chananæ multum affectat salutem filia & nos instruit; dum clamat, clamando sapienter allegat, in clamore perseuerat, Saluatori appropinquat, se humiliat, fidei magnitudine salutem filia impetrat. IV. Apostolorum cœtus mulieri suffragatur. V. Saluator mulierem distulit exaudire, vt opportunius eam exaudiret, patientiam eius probaret, suos in oratione perseuerare doceret, desiderium mulieris dilatione cresceret. VI. Peccator similis cani, impudentiâ, infatigabile, immuni-